



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

Parisiis, 1644

I. De summa Trinitate, & fide catholica.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15974

550 GREGORIVS CONCILIVM RYDOLPHVS I. IMP.
P. X. PHILIPPVS III. R. FRANC.

ANNO
CHRISTI
1274.

ANNO
CREATIONIS
1274.

tiam legatos nostros , prout opportunitas permiserit , de-
stinare , qui & magnitudini tuae ad illa plene respondeant ,
& te nihilo minus ad alia , quae , si aures illis exauditionis
præstiteris , tuam tuorumque salutem & utilitatem com-
munem respicient , solerter inducant .

Datum Lugduni tertio Idus Martii , anno tertio .

CONSTITUTIONES
A GREGORIO PAPA DECIMO
IN CONCILIO LVGDVNENSI
GENERALI SANCITÆ.

*Gregorius episcopus seruus seruorum Dei vniuersis Christi fidelibus
præsentes literas inspecturis salutem , &c.*

Infrascriptas constitutiones nuper in generali Concilio
Lugdunensi & post super certis articulis duximus pro-
mulgandas , quibus vniuersos vti volumus , & manda-
mus in iudiciis , & in scholis ipsasque sub suis titulis in-
feri , prout exprimitur super eis .

I.

De summa Trinitate , & fide catholica .

GREGORIVS decimus in generali Concilio
Lugdunensi fideli ac deuota professione
fatemur , quod Spiritus sanctus æternaliter ex Pa-
tre , & Filio , non tamquam ex duobus principiis ,
sed tamquam ex uno principio , non duabus spir-
ationibus , sed unica spiratione procedit . Hoc pro-
fessa est haec tenus , prædicauit , & docuit , hoc firmi-
ter tenet , prædicat , profitetur , & docet , sacrosan-
cta Romana ecclesia , mater omnium fidelium , &
magistra , hoc habet orthodoxorum patrum atque
doctorum Latinorum pariter & Græcorum in-
commutabilis & vera sententia . Sed quia nonnulli
li propter irrefragabilis præmissæ ignorantiam ve-

GREGORIUS LVGDVNENSE II. RUDOLPHVS I. IMP.
P. X. PHILIPPVS III. R. FRANC. SS

ANNO
CHRISTI
1274 ritatis in errores varios sunt prolapſi , nos huius-
modi erroribus viam præcludere cupientes , sacro
approbante Concilio , damnamus & reprobamus
omnes qui negare præſumpſerint æternaliter Spi-
ritum sanctum ex Patre , & Filio procedere ; ſiue
etiam temerario auſu afferere quod Spiritus san-
ctus ex Patre , & Filio , tamquam ex duobus prin-
cipiis , & non tamquam ex uno , procedat .

II.

De electione , & electi potestate.

Gregorius decimus in generali Concilio Lug-
dunensi . Vbi periculum maius intenditur , ibi pro-
cul dubio est plenius consulendum . Quam graui-
bus autem sit onusta diſpendiis , quot & quantis fit
plena periculis ecclesiæ Romanae prolixa vacatio ,
exacti temporis conſideratio edocet , & conſiderata
prudenter illius discriminæ maniſtant . Hinc nos
euidens euocat ratio , vt dum reformandis etiam
minoribus noſtra ſolerter vacat intentio , ea quæ
periculofiora ſunt nequaquam absque remedio
reformationis accommodate relinquamus : ideoque
omnia , quæ pro vitanda discordia , in electione
Romani pontificis a noſtris ſunt prædeceſſoribus ,
& præcipue a felicis recordationis Alexandro pa-
pa tertio , ſalubriter instituta , omnino immota in
ſua firmitate manere cenſentes , (nihil enim il-
lis detrahere intendimus , ſed quod experientia
deeffe probauit præſenti conſtitutione ſupplere)
hoc ſacro Concilio approbante ſtatuimus , vt In Concilio
Lateranen-
ſi cap. 1.